



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XCV. De Fidelibus Sambitis, qui fratribus de Kunnigsberg  
adhaeserunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Poppo de Ofterna VI. Magister Gen. Ord. Teutonici.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia*

cium, qui adhuc firmus stans in primo proposito ait: adhuc hodie Sambitæ occidentur, vel terra aperiet os suum, & sicut Dathan & Abiron de glutiet eos vivos, & sicut prædixerat factum est.

CAP. XCV.

*De*

*Fidelibus Sambitis, qui fratribus de Kunnigsberg adhaeserunt.*

**N**ec adhuc vexatio ista dabat intellectum Sambitis redeundi ad S. Matris Ecclesiæ gremium, sed erecta cervice contra Domini flagella in iracundiam concitati sunt, & contra fratres ad bellum durissimum provocati. Præter paucos viros præclaros genere & Nobiles, qui relicta domo paterna venerunt successivè ad Castrum Kunnigsberg cum omni familia sua, & fratribus fideliter adhaeserunt.

CAP. XCVI.

*De*

*Bello fratrum de Kunnigsberg contra Sambitas, & primò contra territorium Quedenovv.*

**N**alubo filius Scledonis de Queden vir ferocis animi & indomiti cordis, tamque presumptuosus, astimans verecundiam, si tam citò fratribus subderet Collum suum, noluit sequi parentes suos. Unde fratres commoti, dum vellent cum Exercitu procedere contra ipsum, germanus ejus scil. Wargullo miserans

reme-